



22112971



LATÍN
NIVEL SUPERIOR
PRUEBA 1

Lunes 16 de mayo de 2011 (tarde)

1 hora 30 minutos

Número de convocatoria del alumno

0	0								
---	---	--	--	--	--	--	--	--	--

INSTRUCCIONES PARA LOS ALUMNOS

- Escriba su número de convocatoria en las casillas de arriba.
- No abra esta prueba hasta que se lo autoricen.
- Responda a la pregunta 1 ó a la pregunta 2 en los espacios provistos.
- Se permite el uso de diccionarios en esta prueba.



Responda a la pregunta 1 ó a la pregunta 2.

Traduzca al español la sección del pasaje indicada entre asteriscos. En la página opuesta se encuentra la traducción del resto del pasaje.

1. El sabio siempre identifica la gloria con la inmortalidad e intenta encontrarla sirviendo a su país.

at, credo, cum C. Marius innumerabilis hostium copias in Italia fudisset atque obsidione rem publicam liberasset, omnia sua secum una moritura arbitrabatur.

- * non est ita, Quirites; neque quisquam nostrum in rei publicae periculis cum laude ac virtute versatur quin spe posteritatis fructuque ducatur. itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes divinae mihi atque aeternae videntur esse, tum maxime quod optimi et sapientissimi cuiusque animus ita praesentit in posterum ut nihil nisi sempiternum spectare videatur. quapropter equidem et C. Mari et ceterorum virorum sapientissimorum ac fortissimorum civium mentes, quae mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem et sanctimoniam demigrasse, testor me pro illorum fama, gloria, memoria non secus ac pro patriis fanis atque delubris propugnandum putare, ac, si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minus strenue caperem, quam illi pro communi salute ceperunt. etenim, Quirites, exiguum nobis vitae curriculum natura circumscipsit, immensum gloriae.*

qua re, si eos qui iam de vita decesserunt ornabimus, iustiore nobis mortis condicionem relinquemus.

Cicerón *pro Rabirio perduellionis reo* 29–30



2. La náyade Sálmacis, que no sirve para la caza, conoce al hijo de Hermes y Afrodita.

- nec iaculum sumit nec pictas illa pharetras,
 nec sua cum duris venatibus otia miscet,
 310 sed modo fonte suo formosos perluit artus,
 saepe Cytoriaco deducit pectine crines
 et, quid se deceat, spectatas consulit undas;
 nunc perlucenti circumdata corpus amictu
 mollibus aut foliis aut mollibus incubat herbis;
- 315 * saepe legit flores. et tunc quoque forte legebat,
 cum puerum vidit visumque optavit habere.
 nec tamen ante adiit, etsi properabat adire,
 quam se composuit, quam circumspexit amictus,
 et finxit vultum et meruit formosa videri.
 320 tum sic orsa loqui: “puer o dignissime credi
 esse deus, seu tu deus es, potes esse Cupido,
 sive es mortalis, qui te genuere, beati
 et frater felix, et fortunata profecto,
 si qua tibi soror est, et quae dedit ubera nutrix.
 325 sed longe cunctis longeque beatior illis,
 si qua tibi sponsa est, si quam dignabere taeda.
 haec tibi sive aliqua est, mea sit furtiva voluptas,
 seu nulla est, ego sim, thalamumque ineamus eundem.”
 nais ab his tacuit. pueri rubor ora notavit
 330 (nescit enim quid amor), sed et erubuisse decebat. *
- hic color aprica pendentibus arbore pomis
 aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti,
 cum frustra resonant aera auxiliaria, lunae.

Ovidio *Las Metamorfosis* 4.308–333



